

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Iusticia et iustus x  
cum uariis

Cur fere omnes coniugia Lye abhorrent et in amplexus Rachel tantum suspirant? Quia perfecta iusticia iubet inimicos diligere, parentes; propria queque relinquere, illata mala patienter ferre, oblatam gloriam ubique declinare. Sed ab huius mundi amatoribus quid stultius, quid laboriosius esse reputatur? Hinc est quod ab eis Lya et lyppa creditur et laboriosa uocatur.

Ricardus libro de contemplacione.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

abhorrent] adhorrent V<sup>1</sup>; in *om.* B; propria queque] propriaque P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; queque] quecumque M